

spondit, non constare hæc de re consuetudine generali, sed immo difformem esse obseruantiam, cum aliquibus in locis mulieres concedant administrationem horum bonorum viris suis, alios vero in locis non. Id quod indicant (ait Soc.) redditus a Doctoribus responsa, de fructibus paraphernalium, & bonorum extra dotem. Ita sane de iure respondendo, differentiam hanc constituerunt Bart. in consil. 293, factum sic proponitur, in fin. lib. 3, & in consil. 478. quedam sunt res, lib. 5. Alex. in consil. 42, n. 3, ver. ex his, lib. 1, qui quidem dixit, statutum loquens de paraphernalibus, non habere locum in his extra dotem. Crediderim quoad presentem disputationem fructuum nullam esse + differentiam inter bona paraphernalia, & extra dotem, sicuti nec statutum Pataquinum, sub Rubr. de successionibus mulierum, cap. si aliquis acceperit uxorem, constituit differentiam inter unum, & alterum genus bonorum quoad effectum huc. Etsi enim paraphernalia ea esse dicuntur, quorum administratio mandata & concessa est marito, ut diximus, ita quod inde sequitur, virum fructus eorum percipere, & consumere posse. Attamen idem est de bonis extra dotem, quorum administrationem etsi mulier non cœcessit marito, nihil minus dum is fructus percipit, & consumit, ea sciente, & patiente, dicitur tunc ipsi viro mandare perceptionem, & consumptionem. Et propterea Bart. in l. pen. in princ. f. ad leg. Pale. in ea tractatione, quando maritus lucretur fructus bonorum, quæ mulier habet ultra dotem, non distingue inter fructus bonorum paraphernalium, & bonorum extra dotem. Et si considereramus diligenter Doctores oes, quos infra commemorabimus, intelligimus eos affirmasse, distinctionem illius Martini Sillim, qua usus est Bart. conuenire tam fructibus bonorum extra dotem, quam bonorum paraphernalium. Et nos plausus exponeamus. His explicatis, dicemus nunc. De fructibus + bonorum dotatum non esse ambigendum, quin illi efficiantur meriti constanti matrimonio, l. dotis fructus, & l. pro oneribus. ff. de iur. dor. & in specie respondit Soc. Sen. in consil. 82, nu. 8, vers. q. oibus præmissis, lib. 4, & idem ego scripsi in consil. 56, nu. 8, lib. 1. Idem est dicendum, quando mulier habet solum + rei usumfructum quem dotis nomine marito dedit, præsumptio est dedisse ius ususfructus in dotem, ut illud soluto matrimonio, restituatur, fructus vero ex eo ususfructu percepti ipsius mariti siant, pro oneribus matrimonij, l. dotis. §. si ususfructus. ff. de iure dotum. Et hæc esse iuris præsumptione sciupit lo. And. in additionib. ad Spec. in tit. de præsump. §. species. nu. 5, in verbo in præd. concord.

De fructibus bonorum paraphernalium, & bonorum extra dotem, multæ sunt traditiones, & distinctiones Doctorum. Illa tamen Bart. in d. l. pen. in prin. ff. ad l. Falcid. est magis recepta, sicuti testantur ibid. Alexand. col. vlt. versic. quæ videtur, & Affl. in decis. 44. nu. 7. versic. tamen distincta. & secundum eam fuisse iudicatum scripsit Guido Papæ in q. 168. col. 2. Et mihi etiam maximè probatur. Quo tamen clarius eam explicem distinguo priuatum duo capita.

Primum quorum est, quando fructus consumpti non sunt, sed extant. Hoc in capite communis est omnium sententia, maritum non consequi + hos fructus, sed esse restituendos ipsi mulieri, vel ea mortua eius heredibus. Ica de fructibus naturalibus & industrialibus scripsit Bart. in d. l. pen. in prin. ff. ad l. Falc. Bald. in consil. 276. Verba statutorum. in fin. lib. 3, & in consil. 478. Quedam sunt res. l. b. 5. Sal. in l. vlt. C. de pactis conuent. Caltr. in d. l. pen. in prin. & ibidem Alex. col. vlt. ff. ad l. Falc. Soc. Sen. in consil. 82. nu. 8. ad finem. vers. circa secundum, & nu. 9. vbi de industrialibus expressim sic respondit. lib. 4. las. in l. maritus. in fine. C. de procur. Affl. in decisio. 44. num. 5. Idem dicimus de fructibus civilibus, hoc est de usuris, ut respondit Soc. Sen. in d. consil. 82. vers. cir-

Et primum, & de praedictis omnib. idem respondit Cor. in cons. 128. col. 4. vers. applicando itaque, lib. 4. qui dixit non habete dubium. Idem de omnibus his fratribus censuit Tessaur. in decis. 187. nu. 3. sicut etiam loqui intelligo Ioan. Copum in tract. de fructibus tit. 2. de fructibus dotis c. 7. num. 1. & 2. Et haec quidem traditio probatur primo. I. si stipulata. §. 1. ff. de don. inter virum, & vxor. vbi, si vxor praestiterit marito annum, hoc est si fructus annuos, mortuo marito mulier coequitur quod extat, id est, fructus non consumptos, sed extantes. Probatur secundo. I. vlt. C. de pact. conu. vbi datur facultas marito expendendi fructus paraphernalium in communes usus suos, & vxoris, si ergo non expendit, sed extat, mulier illos consequitur. Et rursus in fine datur facultas vxori, consequendi usuras, sicque fructus ab ipsiusmet debitoribus non obstante mandato marito facta, si ergo mulier potest non exactas exigere, ergo poterit, & exactas existentes consequi, cum suo nomine exactae fuerunt. Accedit & tertio ratio, quod cum dominium horum bonorum sit ipsius mulieris, sic etiam eius sunt fructus ex illis prouenientes, quos mulier vendicare potest. I. solu. §. meum. ff. de rei vend. Meum est (inquit Celsus) quod ex re mea superest, cuius vindicandi ius habeo.

Secundum est caput, quando fructus sunt a viro consumpti. Hoc in capite distinguendi sunt aliquot casus.

Primus est quando maritus tibi consumpsit contra voluntatem ipsius mulieris. Hec in caso, maritus tenetur hos fructus restituere sive sint naturales, sive industriales, sive civiles. Ita absolute censuit Bart. in d. l. penol. in prin. n. m. 3. vers. aut consumpti. ff. ad l. Falc. & ibidem Castr. Alex. col. vlt. Ruin. in tub. ff. sol. matt. n. 198. Soc. Sen. in d. cons. 82. nu. 9. vers. aliquando, & secundo sunt consumpti. lib. 4. qui expressim de industrialibus respondit, sic, & Affl. & in d. decis. 44. nu. 5. Et iij quidem moti sunt textuali de his. in fin. C. de don. inter virum, & vxo. quod quidem responsum est clarum, & apertum a fortiori in proprietate ipsius rei paraphernalis. Secundum confert secundum Socinum, quod cum fructus fuerint percepti ex bonis ipsius mulieris, vendicari illi possunt, aut eorum auct. mat. o. d. l. solu. §. meum. ff. de rei vend.

Tertiò suffragatur, quod quando mulier declarauit suæ voluntatis non esse, quod fructus sic consumerentur, 8 dicitur tibi renocasse mandatum custodij, & administrationis, cum & tacita voluntate mandatum renocetur, l. ante item, & l. si quis cum procuratorio. §. vlt. ff. de procur. & respondit ad rem Dec. in cons. 531. nu. 13. cum ergo maritus administratione carens consumpsit, teneatur eos, seu eorum estimationem restituere, sicuti tene- 9 tur quilibet tibi malefidei possessor, ut scripsi, in commentarijs de recuperanda possessione, remedio decimoquinto. num. 590. num. 601. & nu. 625. vbi demonstravi posseorem malefidei teneri restituere fructus tam naturales, quam industriales, & civiles.

Secundus est casus, quando maritus consumpsit fructus, volente, & consentiente vxore. Hoc in casu quoad fructus industriales tres sunt Doctorum opiniones. Pri- 10 ma fuit eorum, qui absolute dixerunt, quod maritus non tenetur hos fructus, seu eorum estimationem restituere, sed dicitur superlucratus, quia mulier presumitur donasse. Ita Bart. in d. l. pen. in prin. nu. 3. vers. aut percepit, ff. ad l. Falc. Bald. in d. cons. 276. Verba statutorum. in fi. lib. 3. post Cynum & Raynerium in h. vlt. C. de pact. conue. & ibidem Salycet. Guido Papæ in quest. 468. col. lum. penult. vers. aut maritus. Castr. in dict. l. vlt. C. de pactis conu. l. pen. in prin. ff. ad l. Falc. & ibid. Alex. col. vlt. Affl. & in decis. 44. nom. 5. Beto. in cons. 139. in fine lib. 2. & Ioannes Copus in tractat. de fructibus tit. 2. de fructibus dotis, capit. 7. numer. 4. & 5. Quæ quidem traditio probatur ex text. d. & l. vlt. Cod. de pacis conuenient.

Cæterum respondit Castr. in consil. 199. super primo reperio. lib. 2. d. l. vlt. loqui in usuris quæ, et si inter fructus soleant connumerari, ut scripsi in commentarijs de recuperanda possessione, in remedio 15. num. 623. Nihilominus diuersam admodum rationem habent à reliquis fructibus industrialibus. Nā in industrialibus non est tantus labor vt in usuris, quæ à debitoribus inuitis exiguntur. Et rursus lucrum + usurarum est odiosum & dishonestum, & ideo faciliter à muliere remittitur, arg. cum post. in prin. ff. de iure dotium, & l. qui semisses, & l. cum quidam, §. 1. ff. de usuris. Quæ sane considerationes leves admodum mihi videntur. Nā ita par labor, & industria consideratur in percipiendis fructibus industrialib. quam in exigendis usuris. Ita enim fieri potest, vt debitores sint facilis exactionis, & fructuum industrialium perceptio difficilis, ob temporum iniuriam. Quod verò inquit Castrensis, lucrum esse odiosum, & dishonestum, nil ad rem nostram pertinet, cum præsupponendi sint termini habiles, quod s. agatur de usuris honestis & iure permisis, alioqui nec iure aliquo exigi posset. Quocirca dicendum est dict. l. vlt. C. de pa&. conuen. ita posse & debere intelligi de fructibus industrialibus sicuti & de usuris, cum ita illi, vt h̄c possint concedi à muliere marito, & is ita industriam collocat in illis perciptis, vt in his exigendis. Confert secundò tex. l. fructus. ff. de usuris, quo loci respondent Pomponius, quod si maritus percipit fructus, ex te sibi donata ab eius vxore, quæ sanè donatio non consistit. l. 1. ff. de don. inter vir. & vxor. & sic dominium manet apud mulierem, maritus ille nō restituit fructus industrielles. Confert tertio dic. l. de his, C. de don. inter vir. & vxor. vbi si mulier nihil repetit ex proprietate paraphernalium à marito consumpta, ipsa muliere consentiente, multò minus repetit fructus ex illis bonis perceptos, & consumptos.

Secunda fuit opinio eorum, + qui dixerunt, maritum indistincte, & absolutè teneri restituere hos fructus industrielles, seu eorum estimationem. Ita glo. in l. adhuc. C. de iure dotium, & ibid. Bal. & idem in l. vlt. de pactis conuen. & ibi etiam Angelus, & manifestius Castr. in d. consil. 199. super primo reperio. col. 2. versic. breuiter ista distin. lib. 2. & eandem visus est probare Soc. Sen. in dict. consil. 82. num. 10. vers. tertia fuit opinio. lib. 4. Et primò qui dem adduci sunt text. d. l. pen. in princ. ff. ad l. Falc. quo loci respondent Scæuola, quod si maritus administravit paraphernalia vxoris, & ab ea fuit hæres in totum institutus, & grauatus, vt decem vincias filio, duas verò nepoti restitueret, debet ipse maritus, vt sciri possit, an locus sit falcidiæ, & potare in patrimonio ipsius mulieris, & ex bonis illis paraphernalibus administratis consecutus est. Loquitur (inquit Castrensis) absolutè Scæuola tā de fructibus industrialibus, quam de naturalibus, & tā de extantibus quam de consumptis. Nec vrget interpretatio Bart. cum dixit, Scæuola in affirmare quidē esse de his fructibus reddendam rationem, sed tamen non affirmare, quod restitui illi debeant. Nā (inquit Castrensis) non conueniret responsio facta interrogationi. Interrogatus fuerat Scæuola, an fructus illi sint restituendi, si ergo diceremus, Scæuolam respōdisse, reddendam esse rationem, responsio non conueniret interrogationi. Quæ consideratio Castr. levius est, quia Scæuola respondit, esse reddendam rationem, & non dixit, esse restituedos, dicitur respondisse negatiū ipsi interrogationi, quo ad restitut. onem. Socin. in dict. consil. 82. num. 10. in fine, acutius consideravit, quod frustra reddebetur ratio perceptionis, & administrationis fructuum, si nulla fieri deberet eorum restitutio. Rectius & verius responderi potest primò, Scæuola loqui eo in casu, in quo fructus ipsi extabant, sicuti significat illud verbum, resed si se. Est enim residere + esse, & firmiter stare. Vel & secundò, si intelligimus fructus fuisse consumptos, dicere pos-

sumus, d. l. pen. nil ad rem nostram pertinere, solū enim respondit Scæuola in mulieris patrimonio, quod in rationem ille appellat, venire, & computari, quod maritus debuit ex administratione bonorum vxoris. Porro quid deberet, vel non, Scæuola non definit. Nec definire potuit, cum ei propositum non fuisset, quales ij essent fructus, & an extarent, vel consumpti essent. Volut ergo dicere Scæuola, videndum prius est, quorum fructuum debitor esset maritus, & eos deinde in mulieris patrimonio computandos esse.

Secundò motus est Castr. in d. consil. 199. col. 3. vers. præterea ratio suadet. & refert, ac probat Soc. Sen. in d. consil. 82. num. 12. maritum non facere hos fructus suos, ex quo non est bonæ fidei possessio, cū ex rebus alienis percipiat. Ille enim bonæ fidei possessio, + qui possidet tanquam dominus, sive cogitatione domini, hoc est, quod credatur dominus. I. apud antiquos. C. de furtis. Sed qn quis scit non esse dominum, & percipit tanquam de re aliena, videtur percipere nomine domini. arg. l. ab vno. ff. de neg. gest. & l. fam. ff. famil. ercis. vbi Bart. & ideo ij fructus (dicunt Castrensis & Socinus) statim effecti sunt vxoris, perinde ac si ipsa percepisset, & extantes poterat vendicare, consumptos verò condicere. l. certum. C. de rei vend. Verum respondetur, quod cum mulier cōsenserit administrationi, & consumptioni factæ à marito, præsumitur ei donasse fructus illos consumptos, atque ita effecisse maritum ipsorum fructuum consumptorum dominum.

Tertiò motus est Castr. præcitato in loco, & Socin. in d. consil. 82. num. 12. vers. confirmantur præmissa, quod si de portis, & sic fructibus naturalibus ratio est reddenda, et si modici sint valoris, & que vt plurimi consumuntur in promiscuos usus, quātō magis de fructibus industrialibus, qui multi valoris sunt. Respondetur considerationem hanc non concludere, cum fructuum naturalium alia sit ratio. Nulla enim ibi extat mariti industria. Nec verum est, tenuis valoris restitui, vt dicemus infra.

Tertia fuit opinio eorum, qui distinguunt, quod aut ij fructus industrielles + consumpti fuerūt in usus ipsiusmet uxoris, vel in communes usus, & tunc ij non restituuntur. Et hoc casu locum habet prima illa opinio Bart. & sequacium. Aut fuerunt consumpti in usus proprios ipsius mariti, & tunc tenetur restituere. Ita procedit opinio glossæ & aliorum, qui eam secuti sunt, sic distinguunt Bal. in l. si viua matre. C. de bonis mater. & in consil. 478. Quædam sunt res. lib. 5. Angelus & Imola in d. l. pen. ff. ad l. Falc. Franc. de Albergotis in consil. quod est relatum in additionib. ad Bar. in consil. 125. lib. 1. Idē tradunt Campeg. in tract. de dote. p. 1. quæst. 7. & Corn. in consil. 129. col. 4. lib. 4. Hæc distinctione non probatur legi, & quemadmodum primo in casu non fit restitutio, ita nec etiam in secundo. Cum enim in communes, promiscuosque usus maritus consumit hos fructus, recte id facit, lege. s. permittente. d. l. vlt. C. de pactis conu. Ibi. Et usuris quidem eorum, circa se & vxorem expendere. Secundo verò in casu maritus etiam recte consumit, cum permittente consentienteque ipsa vxore faciat.

De fructibus naturalibus perceptis, & consumptis à marito consentiente vxore, distinguunt Bart. in dict. l. pen. nu. 3. vers. si verò sunt fructus, quod si sunt fructus multi valoris, & ij non præsumuntur donati à muliere ipsi viro, qui propter ea tenetur restituere, in quantum factus est locupletior. Idem affirmarunt Bald. in consil. 293. factum sic proponitur. col. vlt. vers. quātum ad prium. & in consil. 437. super dubia. col. 2. vers. & breuissimè. lib. 3. Alex. in d. l. pen. in prin. col. vlt. vers. quæ videatur. Soc. Sen. in d. consil. 82. num. 8. vers. circa secundum. lib. 4. Affic. in decis. 44. num. 5.

Et motus est Bart. textu l. si stipulata. S. 1. ff. de donatione. inter virum & vxor. vbi si mulier quid annum id

Tomus Primus. T. 3 est

est, fructus annuos, ut diximus supra, præstiterit viro, & ex eis factus sit locupletior, condicetur mulier. Intelligi hic locus debet de fructibus naturalibus, seu de fructibus annuis, qui præstantur a muliere sine industria mariti. Intelligi etiam debet, quod fructus sunt multi valoris, quia modici valoris non reparet mulier, sicut probat, si id quod. §. si quas. ff. eo. tit. Hanc sententiam manifestius probat responsum eiusdem Vlpiani in l. ex anno. ff. co. de donat. inter vitum & vxorem, ex anno vel men stru inquit Vlp. quod vxori maritus præstat, quod superest re uocabitur si satis immodicum est, id est, supra vires dotis, si maritos, cuius maior est liberalitas. dict. l. si stipulata. §. t. multo magis concedit ipsa mulier. Conducitur ergo, quod est magnum, non autem quod est modicum, ut statim dicemus. Confert. vtrum. ff. eod. titul. de don. inter vir & vxor, arguendo ab expensis ad fructus. Ibi. ex genere & modo impensa, sit conjectura an eam donaverit maritus vxoris negotium gerens, si enim magna est donasse non censetur, sicut nec fructus. Cum dixerim ex Bart. & sequacium sententia, matrimonii resiliere predictos fructus naturales & magni valoris quantum ex eis factus est locupletior, obleruandum nunc existimo, maritum præsumi factum locupletiorem. Ita Bald. in dicto consil. 293. & consil. 437. Naturales vero fructus percepti, & consumpti a marito contentiente mulieri, si modici fructus erat, non restituuntur, sed donati præsumuntur. Ita Bart. in d.l. pen. in princ. nu. 3. vers. aut sunt parui, & ibidem Alex. col. vlt. ver. quæ vs. Affic. in d. dec. 44. nu. 5. & alij, quos supra cōmemorauit. Et probat d.l. si id quod. §. i. ff. de donat. inter vitum & vxor. Confert etiam l. vtrum. ff. eo. tit. cui simili est l. ounnino. ff. de impensi. in reb. dora. facias. Qui autem multi vel modici 18 fructus fructus, credo & relinqui iudicis arbitrio, sicut colligunt ex d.l. vitum, quam sic visus est interpretati Euerard. in cetera legali, in loco a verisimili. nu. 18.

Tertius est casus, quoniam sumus in dubio, ut quia non apparet, quod mulier consentiret, vel contradixerit perceptioni, & consumptioni fructuum. Hunc casum omisit Bart. in d.l. pen. ff. ad l. Falci. sicut ad uertent Soc. & alij, quos nunc referam. Hoe in casu dicendum est, non praesumam & mulierem consenserit, & ppea matrimonium teneri restituere oes fructus, tam industriales, quam naturales. Ita Bal. in consil. 293. Factu sic proponitur. col. vlt. vers. quantitatem ad primi. lib. 3. Andri Alphæus inter consilia Baldi in consil. 366. Ad evidenter dicendorum. lib. 2. Fran. de Albergotis in d. consil. relato in additionib. ad Bar. in d. consil. 123. Alex. in d.l. pen. in princ. nu. 4. vers. aut voluntas mulieris est. sicut l. Falci. Idem in consil. 42. nu. 2. vers. si vero voluntas. lib. 1. & in consil. 6. nu. 7. vers. aut voluntas. lib. 2. Io. Campeg. in tract. de dote, p. t. q. 9. Ruin. in consil. 162. nu. 26. lib. 3. & in Rub. ff. sol. matrim. n. 198. vers. si vero. Soc. Sen. in consil. 82. nu. 13. vers. qsi & tertio, & nu. 53. vers. sed qn voluntas. lib. 4. Ait. in resp. 254. nu. 31. Gratius in consil. 54. nu. 42. & 46. lib. 1. & Crav. in consil. 193. in fin. & Testaur. in decil. 187. nu. 4. & 5. vbi testatur sic indicasse senatum Taurinensem. Nec a prædictis discentient Comen. in consil. 104. Quætitur nunquid, & l. in l. maritus. in fia. C. de procur. quos si refert Affic. in decil. 44. nu. 8. Cum Comen. & l. non loquantur de fructibus, sed de ipsa principal. an. s. debeat dici paraphernalis, vel extra docem. & sic respondit, quod oblongam administrationem a marito factam, permittente ipsa muliere, præsumitur paraphernalis, sicut diximus superiori præsumptione in fine. Et licet Affic. dixerit Consilium illud Neapolitanum ita per transuersum in hoc dubio, attamen exissimo Affic. sensibile de dubio, quod ibi erat, an illa bona essent paraphernalia, vt dubium hoc proposuit ibi Affic. num. 3. vers. modo videamus, & nu. 4. Nullus itaq; est, qui haec tenus a prædicta recepta opinione dissentit. Quapropter in iudicis

obseruanda erit, tametsi rōnes, & argumenta, quib. ad ea firmandam vti sunt. Doct. facilis negocio possent uitari. Et primo quidem adducitur d.l. pen. in princ. ff. ad l. Falci. quod diximus supra, nil ad rem pertinet. Secundus, quod donatio non præsumitur, l. cū de indebito. ff. de prob. tū maximē in muliere, quia sui natura dicitur avara, l. si ego. ff. ad S.C. Velleia. & l. si stipulata in f. ff. de iure dot. Quæ sanè regula vera est, nisi alia repugnet fortior conjectura, qualis hæc est, quod mulier passa est fructus cōsumi a marito pro libera eius voluntate. Tertium est argūntur virget, cū dixerit ex cōgruentia, quia vir dēt alere vxorem ex proprijs bonis, non aut vxor debet alere virum, nisi maritus sit inops, vt dixerunt Bal. in consil. 478. quædam sunt res. lib. 5. & Soc. Sen. in d. consil. 82. nu. 14. lib. 4. Nam respondeatur, & concedimus argumentum, quod non cōcludit, eti si enim mulier non tenetur atere maritū, non tamē sequitur, quin possit ipsa fructus suos dare virto, vel pati, vt eis uatur vir ad communem usum.

Quartum argūnt, quo dicunt prædictati Doctores, mulier habet pro dissidente, ob id, quod mariti reuidentia peterrita ausa non est contradicere, iuxta l. 1. §. quæ oneranda. ff. quarum rerū actio. non datur, & tradit Bart. in l. quæ dotis, in f. ff. sol. matrim. Ceterum non cōcludit, quia qn de uno disputamus, reliqua præsupponuntur habilita, l. qui testo. ff. de test. & c. i. de cōstate, & qualit. in 6. Hic etenim præsupponendū est, quod mulier potuerit consentire, & quod consensus fuerit verus, & liber, alioqui fructus disputaremus, an censeantur remissi, & donati sicut illa marito consumpi. Præterea sola reuidentia non sufficit, sed requiruntur verbera, vel latem mina, vt declarat Ias. in d.l. quæ dotis. nu. 96.

Quintus, & vltimū argumentantur prædictati Doctores, quod hæc consumptio fructuum respicit prædictum mulieris, ob id illa tacens habet pro contradicente, l. qui vas. §. vetare. ff. de furt. Non ergo mulier dicitur remissi, & donasse hos fructus, sed tenet eos restituere, seu eorum estimationem præstare. Hoc est argūmentū non virget, quia tacēs & habet pro consentiente, quan do ultra raciūnitatem interuenit aliquis actus postiuvus. Ita post alios explicat Ias. in d.l. quæ dotis. num. 99. ff. sol. matrim. sicuti interuenit in casu nostro, nē pē consumptio ipsorum fructuum. Hic aut casus locum multo magis haberet muliere minore, quæ legitimo consensu carere dicitur. Ita in specie aduertit Campag. in d. q. 9. vers. accederet et. His declaratur statutum Bononiae. lib. 4. sub Rub. de dotib. restituendis. §. præterea, quo cautū est, quod præsumatur mulier consensisse marito, qui fructus perceperit, nisi voluntas contraria legitimē probetur. Prædictum statutum corrigit primum ius cōe, quando mulier est ætate maior, cum (vt diximus) secundum ius commune non præsumatur cōsentire. Quando vero mulier est ætate minor, locum non habet statutum, quod in ea non poterit præsumere consensum, ex quo consentire nec expresse potuerit. Et qd in muliere ætate maiore statutum prædictum corrigit ius commune, in specie respondit Grat. in consil. 54. nu. 45. lib. 1. Et dum requirit legitimam probationem contraria voluntatis, an reiçiat presumptiones, respondit ipse Grat. in d. consil. 54. nu. 53. sed Monterentis in addit. 10. ad statutum, conciliat. Et ad rem aliqua scripta supra lib. 1. quæ st. 38.

Declarantur prædicti omnes casus, vt locum non habent, quando qd mulier nullam dotem constituit marito. Nam tunc præsumitur, voluntate habere fructus loco dotis. Ita respondit Bal. in consil. 276. verba statutorum, ad fin. vers. sequitur videre, lib. 3. quem secuti sunt Ruin. in rub. ff. sol. matrim. num. 190. vers. sed contrarium patet, & num. 200. ver. sed si nulla. & Crav. in consil. 193. in fin. Et inquit Ruin. d.m. 200. hoc presertim locū habet. Et inquit Ruin. d.m. 201. quid in fructibus percipientis.

- dis. Qua de re nunc non dispuo. Efectum hic aduertendū, fructus non præsumi con-
23 sumpos, sed adhuc extare, & ideo maritus, qui assert
fuisse consumptos, probare debet, cum consumptio sit
quid facti, quod non præsumitur. l. in bello. §. facta. ff. de
capt. & postlim. reuersi. & dicemus infra lib. 6. præsumpt.
24. 28. Et præterea res tū quāvis mobilis sit, præsumitur ex-
tare, nisi amissa probetur, l. si quis ex argentiarij. §. an ve-
rō. ff. de edend. & explicabimus infra lib. 6. præsumpt. 34.
vbi agemus, quando præsumuntur res amissa. Et in specie
nostra ita scripserunt Bald. in consil. 293. factū sic pro-
ponitur, col. vlt. vers. quantum ad aliud, lib. 3. & Alex. in
d.l. pen. in princ. col. vlt. vers. cum autem ff. ad l. Fal-
cid. Ceterum a prædictis disserunt Salic. in l. vlt. C.
de pact. conuent. Comen. in consil. 104. col. 3. ver. quā-
tum autem, & eti subscriptio Floriani, & Soc. Sen. in cō-
fil. 8. num. 2. lib. 4. Ea ratione j. moti sunt, quod fru-
ctus in dies consumuntur, nec præsumuntur durare vi-
tra triennium, scripti in lib. 2. de arbitrar. iud. casu 210.
in fin. in nouiss. impress.
25. Crediderim hac in re esse multum tribuendum iudi-
cidiis arbitrio, qui pro qualitate fructū, personarum, &
temporis iudicabit, an consumpti, vel extare dicantur,
fieri namque potest, vt tenues essent fructus, & satis in-
ops maritus, & iā multo tē percepti fructus, vt verifi-
mille sit, consumptos illos fuisse. Fieri etiam potest éco-
tra, quod multi magni; valoris sint fructus, & maritus
dives, & non satis multo tempore fuerint percepti, ita
quod probabile sit, non fuisse adhuc consumptos.
26. Qui autem, & quod fructus percepti fuerint, & conie-
curis probatur. Ita Bal. in consil. 322. proponitur quod
dominus, in f. lib. 2. qui dixit, quod sicuti ex fructib. col-
ligit valor rei, sicut valore rei colligi posse fructuum
perceptionem. Ita dicimus expensas coniecuris pro-
bari. Bart. in l. cum seruus. ff. de verb. obl.

Prædictæ oēs disputationes cessant hac in ciuitate Pa-
dua, in qua extat statutum, sub Rubr. de successionibus
mulier. c. si aliquis accepit vxore, quo cautum est, qd
maritus lucretur fructus omnium bonorū parapherna-
lium vxoris, & vnde cūq; venientium, qui fructus de iu-
re communi spectaret vxori. Quod quidē statutum ap-
paret in multis correctiorum iuris communis.

*Dos quando a muliere donata præsumatur stipulatori
ab illa adhibito, vt soluto matrimonio dos ipsa
ei restituatur, luculentia, &
diligens explicatio?*

S V M M A R I V M .

1. Coniecuris in claris non est opus.
2. Stipulator adhibitus ad reddendam sibi dotem soluto matrimoniū morte mariti, præsumitur adhibitus tanquam mandatarius.
Et quid sit, si morte mulieris matrimonio soluto sibi reddi stipulatur, num. 5.
3. Donatio non præsumitur in dubio.
4. Donatio mulier extrum expesse possit alteri donare.
5. Donatio in muliere minus, quam in viro præsumitur.
7. Stipulatorum ad dotem sibi reddendam adhibitus, matrimonio soluto, simpliciter tanquam procuratorem abhibitum cē-
seri.
8. Stipulator adhibitus ad reddendam sibi partem dotis, matrimonio morte mulieris soluto, animo donandi censetur adhi-
bitus.
9. Iura, & actiones defuncti transeunt in heredem suum.
10. Facti quæ sunt, non præsumuntur.
11. Honestas mulieris non patitur, vt iudicium subellia frequen-
tit.
12. Testator relinquens aliquid creditori voluntario non animo

compensandi, sed vt viri quis haberet, præsumitur reliquise.
Idem si ipse testator non esset debitor, nu. 13.

14. Debitum necessarium legatum creditori, præsumitur animo cō-
pensandi reliquum.
15. Hereditatem agnoscent, eti damnosam, legata præstare ad-
stringitur.
16. Donationem non in toto nec in parte præsumi, quomodo intelli-
gendum.
17. Stipulator adhibitus ad reddendam sibi dotem, casu quo ma-
trimonium per mortem mulieris solueretur, donandi animo
interneuisse præsumitur ex opinione Bar.

18. Dotem sibi reddi, an ad stipulandum quis possit adhiberi, alio
casu quam matrimonio morte mulieris soluto. & nu. 19.

20. Mulier sibi in dose sua præjudicare potest.
21. Dotis actionem consensu filia pater sibi appropriare potest.

22. Dotem sibi reddi stipulando adhibitus, quando procuratario
nomine factum præsumatur.

23. Aetus ob causam precedenter factus præsumitur.
24. Stipulatus sibi dotem reddi, non adhibitus a muliere, sed ea pa-
ciente, animus donandi non præsumitur.

25. Dotis sibi reddi, adhibens ad stipulandum ascendentem, animo
donandi mulier fecisse præsumitur.

P R A E S U M P T U M .

Dubitari sapè contingit, quando mulier viro dotem cōstituit, & stipulatorum adhibet, qui dotem sibi reddi soluto matrimonio stipulatur, an is stipulator ad-
hibitus sit a muliere, vt ei dotem illam donaret, vel vt is tanquam mulieris mandatarius, dotem exigeret? Hac in
disputatione distinguendi sunt aliquot casus.

Primus est, quādo versamur in casu claro, in quo ap-
paret, mulierem voluisse adhibere stipulatorem illum, ut ei dotem exigendam donaret, vel etiam clare constat,
adhibitum stipulatorem tanquam mandatarium. Hic
casus non habet dubitationem. Et in claris non est opus
coniecuris. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de leg. 3. & l.
continuus. §. cum ita. de verb. oblig. Et hunc casum ad-
mittunt omnes in l. quæ dotis. ff. solut. matrim. ibi Iason.
num. 9. in fin. & Bologn. num. 35.

Secundus est casus, quando sumus in dubio, & stipu-
lator ille fuit adhibitus ad stipulandum sibi redditotam
dotē, soluto matrimonio morte mariti. Hoc in casu præ-
sumitur & adhibitus ad stipulandum, non aīo donādi, sed
tanquam mandatarius. Et hoc quidē ea rōne prima, quod
donatio & in dōbō non præsumitur, qn alia coniecura
sumi pōt, eleganter. §. qui reprobus. ff. de pignor. actio.
& l. si cum aurum. ff. de solutio. Id quod maximē proce-
dit in muliere, quæ auara soi natura creditur, vt statim
dicemus. Hic aut alia sumi potest interpretatio, quā do-
nationis, nempe, quod mulier adhibuerit stipulatorem
illum, ut magis idoneum, & diligenterem dotis exactiore.
Est & alia ratio, quia non præsumitur mulierē voluisse
donare dotem, vt indotata deinde maneret, & non pos-
set secundo nubere. Impeditur enim secunda nuptia,
qd iure permisum non est, vt in integro illo tit. C. de in-
dicta vid. tollen. Imo secundum aliquos nec quidem ex-
presē & potest donare dotem, vt impeditur nubere se-
cundo, vt tradunt Cast. & Iason. in d.l. quæ dotis. in primo
notab. & Bald. Nouel. in tract. de dote, p. 6. priuileg. 69.
nu. 2. Qua de re infra dicemus. Et hoc in casu procedere
potest opinio eorum, qui scripserūt, stipulatorum hunc
cenfieri adhibitum, non animo donandi, sed tanquam
mandatarium. Quia in opinione fuerunt multi, quos re-
feram infra in casu subsequenti.

Tertius est casus, quando sumus in dubio, & stipula-
tor ille fuit adhibitus ad stipulandum sibi reddi totam
dotem, soluto matrimonio morte mariti. Hic
casus habet maiorem dubitationem, quam præcedens.
Dicendum tū est, non animo donandi, sed tanquam pro-
T 4 cura-